



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 38. Parisiensis Facultatis sententia circa Calendarii Reformationem  
rogata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1582. num Domini millesimum quingentesimum sexagesimum cum univesum Franciæ Regnum civilibus bellis agitaretur, in Scotiam rediit, ubi Protestantium sectæ nomen dedit, ac Jacobum VI. Mariæ Stuartæ Filium literis erudiendum suscepit, postquam Scoti horrenda temeritate hanc Reginam suis ditionibus spoliaverant: porro eo tempore Buchananus suam rerum Scotticarum historiam viginti libris descriptam elucubrabit, in qua ea libertate, quæ ipsius Nationi primævo naturæ vitio insita est, sane abusus nequidem a suis dicitur regiam Majestatem exemit. Periit tandem Edini die vigesima octava Septembris anno post Christum natum millesimo quingentesimo octogesimo secundo, postquam annum ætatis suæ septuagesimum septimum exegerat. Ceterum is præter suam de Scotia Historiam posteris reliquit quædam alia Scripta, pluraque latina carmina, inter quæ præcipue commendantur ejus in centesimum quinquagesimum Davidis Psalmum Paraphrasis, quam in Lusitania carceri mancipatus conscripsit.

§. XXXVIII.

*Parisiensis Facultatis sententia circa  
Calendarii reformationem  
rogata.*

Cum



Cum Gregorius XIII. Theologicæ Facultatis Parisinæ judicium circa Calendarii emendationem exquisivisset, hinc sub nomine hujus Facultatis quoddam ad Papam responsum prodiit, cujus tamen stylus adeo est inconcinnus, ejusque rationes adeo frivolæ, ut illud a Facultate emanasse, credi haud possit, saltem ea inscia illud fuisse divulgatum videtur, quinimo censent nonnulli, quod Facultas hac super re nullam habuerit deliberationem, nam nullum extat de hoc argumento sacri Ordinis monumentum.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1582.  
Argentre  
coll. jud.  
t. 2. p. 453.

§. XXXIX.

*Initia controversiarum inter Dominicanos, & Jesuitas.*

Anno priori Prudentius de Monte-Major Jesuita per quandam Thesin, quam *Majorem* vocant, in Salmanticensi Universitate sententiam Fratrum Prædicatorum circa prædeterminationem actionum liberarum, & futurarum impugnabat, quapropter Dominicus Banesius ex ordine sancti Dominici, aliique Fratres Prædicatores in hunc Theologum insurgent, ac sexdecim propositiones, quas ex ejus Thesibus decerpserant, ad judicium supremi Inquisitoris deferebant: insuper mox plures Theologicæ Facultatis Doctores Salmanti-

*Argentre*  
*tom. I.*  
*p. XXXIX.*  
*in append.*

